

Universitätsbibliothek Wuppertal

Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ
lectionis vbique ratio habeatur

Cicero, Marcus Tullius

Lvgdvni, 1586

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

3



JOAN. MICHAEL BRVTVS LAVENTIO

TEBALDVICIO TA-

C OMINIO.

S. D.

* * *

Vm multa, Laurenti, sunt quæ vitam nobis infestam reddunt, tum præua quædam ratio, & præpôstera est, quæ penitus infixâ hæret multorum animis, ea ipsa, ne quando à nobis vitari perspecta possint, falsa quâdam virtutis, atq; honesti specie obtegendi. Ita sit, vt nō modo illud iam vere dici possit, quod etiam sapientes homines viderunt, iam pridem nos, virtutibus amissis, earum speciosiss nominibus captos, in falsa quâdam rerum imagine hæsisse: (mitius enim hoc malum est) sed, quod multo etiam gravius est, virtutibus tamquam de præsidio deiectis, in vita artem, quæ ijs affinia virtutia essent, magno nostrò malo, atq; incommmodo inuasisse. Atque hæc quidem ira aperta omnibus, & testata sunt, vt nemo fere illa non videat, qui modo colligere ab errore animum, & vindicare ab ijs tenebris, quibus est circumfusus, potest. Ita qui callidi sunt, fallaces, tecti: qui apti ad insidiandum, ad faciendam fraudem; ijs sapientium faciem ementiendo industrij habentur, solertes, acuti, ab ingenio; & consilio parati; atq; adeo, vt non solum in facienda iniuria nihil habeant, quod vereantur, sed vt ex iniuria sibi laudem querant: qui hominum cædibus, vrbiuum direptionibus, populationibus, incendijs pessime sunt de generc hominuni meriti; magni animi, virtutis, constantia laudem referunt. Hinc Cyri, Alexandri, Casarîs aliorum laudes; quibus cum deesset quod vincerent, ab omnibus præterquam a se ipsi inuicti, aut in minime mereentes, aut in patriam, omni hu-

aaa 2 mano

mano , atq; diuino iure violato , scelerata arma intulerunt .
Ex eodem illa fonte fluxerunt , liberalitatis laus , profusis;
frugalitatis , parcis : lenitatis , dissolutis : elegantiæ , luxu-
ria diffluentibus : quæ omnia , plane rerum delectu sublato,
in grauissimas ærumnas , & calamitates vitam hominum
coniecerunt . Quid vero tot præclaræ artes , quibus innixi
sapientes homines , vitam hanc communem perpolitam
ab immanitate , & barbarie vindicarunt ? Quando sunt litter-
æ subfido ad vitam cum laude agendam ? quando ornamen-
to ? qua illæ oblectatione , & voluptate perfusos animos , qua
illecebra deuinctos tenent ? At ex ijs , qui in literarum stu-
dij excelluerunt , eos fere suspicimus , quibus honos , glo-
ria , nomen magno totius vitæ nostræ incommodo fterit .
Per eos enim inuectas pernicioſas leges , prauas de felicitate
hominis opiniones , de finibus bonorum , de animorum im-
mortalitate , de omni viuendi ratione : ab ijs sublatam reli-
gionem , pietatem , dei immortalis cultum , & sanctimo-
niam , immortalitatis spem , & beatæ vitæ , qua vna maxi-
me salus hominum , & vita continetur , cum se sapientiæ no-
mine hominibus venditare , falsos errore animaduertim-
us . Atq; eo tamen homines errore , ac rerum ignoratione
transuersi , rapiuntur , vt ijs diuinos honores habendos , re-
cludendumque adeo in cælum aditum , tamquam eorum illu-
stria merita , & maxima in genus hominum extant , arbit-
trentur . Cum vero alia sunt artes , quæ semper male etiam
tentibus honori fuerint , tum est vna dicendi ars , quæ , cum
maximas homini suppeditet vires & ad salutem , & ad iniuriam ,
non solum improbos feruet integros ab infamia , si
qui sunt , qui illam proſteantur , sed , si standum multorum
iudicio fit , diuinis omnibus , atque humanis honoribus au-
ctos ad posteritatem tradat : qua re nihil absurdius dici , ex-
 cogitarive potest . Hinc data quibusdam occasio est , vt , quæ
natura sua optima effent , & maxime expetenda , ea ablegan-
da a cœtu hominum , atque vſu existimarent : quod illi ta-
men non modo nulla certa adducti ratione , verum etiam fe-
cisse magna cum iniuriæ hominum videntur . Atque alia
quidem virtutes , quæ esse virtutes nisi in recto vſu haud pos-
sunt , suam dignitatem per se facile , & decus tuerentur . Ne-

que

quæ enim , vt arma , & seruare eadem hominem , & necare possunt; quorum est in altero officij laus , in altero sceleri est supplicium adiunctum : fortis quisquam esse, pudens, moderatus & que in præclare agendo , & in iniuria inferenda potest. Virtus enim vna est, quæ & vim omnē, & nomine amittat suum, simul atque in eius fines aſſimulatae virtutis specie vi-
tia immigrarint. Itaque, qui in mathematicis, aut in musicis excellat, nihil ille minus præclarus, quæ in arte præstat, ha-
beatur, etiamſi flagitiis omnibus cooperatus, contaminatusq;
ſit. Summi enim philosophi , cum viuendi præcepta multa magna cum laude tradidissent, doctrina clari , atque ingenij laude, ca vitæ instituta sunt persecuti , vt digni habiti sint,
qui haud melius, quam viuerent, ab ingenio parati, & doctrina
essent. At longe alia ratio in virtute excolenda est. Desit enim esse iustus, qui de ingenti aceruo aſſlē tollit: neque ul-
tra est fortis, qui vitæ periculum, cum adeundum est, patriæ cauſa deprecatur. Eodem modo, qui folertia , & perfpicacia
vitetur ad fallendum , prudentis personam ponit, fallacis ſu-
mit: virtuti quidem , atque honestati nuntium remittit.
Quæ quamquam ita fint, infame ij faciunt tamen , qui cum
in alias artes dignas ingenio homine , tum in eloquentiam,
cuius cauſa hæc a nobis dicuntur, orationis vim , ac male-
dicti aculeum intendant. Vna enim , Laurenti , haec facultas
eft, quam tu quidem, vix pueritiae fines egressus, magna cum
laude colis , quæ singulari dei immortalis beneficio tra-
dita hominibus , vt effet, qua re a brutis animantibus dif-
ferent , ita acres reprehensoriſ , & vehementes habeat,
vt reprehendi tamen niſi summe laudata poſſit. Quid au-
tem verius erat, quam id , quo effet magnum incommo-
dum e vita hominum sublatum , in honore apud homines,
& in laude haberi? Quanta vero eft eloquentia laus , quæ
niſi aduersariis arma tradat , quibus ſe petant , ratio illis
desit aduersus illam confiſtendi ? Ita vir vnuſ sapientiſſi-
mus , qui idem omnibus omni genere politioris doctri-
næ antecelluit , exagitandi eloquentia eloquentiſſimus eft
habitus Plato. Siue autem ea ars vna eft, a cuius studio ſint
homines deterrendi , quod minimē dicendum eft, in eo vin-
cit , quod ſine eius præſidio tanta res effici haud poſſit: ſiue

eadem est tanta, vt sine ea vita hominum sit nulla; vtrum
 dici oportet merito illam reprehendi, quod saepe sceleri adiu-
 eta seditiones, bella, tumultus pariat, an illos plectendos, qui
 rem optimam, & salutarem, suo scelere perniciosa, capita-
 lemque efficiant? An vero recte illud dici videtur, quoniam sae-
 pe nefarij homines artificio orationis imperitos ad suscipien-
 dum scelus, & flagitium impellant, nefas esse, dicendi artem
 a pudentibus, & moeratis coli: Quæ enim hæc, malum ame-
 tia est, cum sceleratis hominibus arma ad faciendam injuriam
 permittantur: ad propulsandam injuriam arma viris bonis,
 quo sibi minus priuatim sint, & reipubl. subsidio auferre: Po-
 test autem quidquam flagitiösius excogitari, quam hominum
 sceleri, quo in nos licentius sauviant, addere nostra socordia,
 & nequitia impunitatem! Quis vero, si eloquentia vnu viris
 bonis interdictum sit, possit in ciuitate malorum conspira-
 tionis obfistere: quis, leges pernicioſas ferenti: quis, pacem,
 foedera, inducas, bellum non ex reipubl. commodo, sed ex
 suo vnu suadenti: quis multitudinem traducere ad meliora
 consilia: quis disidia, seditiones tollere, tumultus sedare,
 si eloquentia subsidia adempta bonis, permissa improbis sint?
 Nam, vt verum sit, armatam nonnumquam improbitatem
 eloquentia maximas res publicas, & ciuitates perdidisse: at il-
 lud æque verum est, saepius eamdem repressam, vitam, fra-
 etam, cum in veram virtutem munitam eloquentię armis in-
 currit. Cuius rei illustria exempla multa nobis vna Athie-
 nensium ciuitas suppeditare potest; in qua nata adoleuisse
 eloquentia, atque cum exulta esset a summis ingeniosis, ab-
 soluta plane, ac perfecta esse dicitur. Ex ea enim religiones,
 sacra, cæremoniæ, mitior vitæ cultus, certa connubij iura,
 leges, artes omnes ingenuæ: quæ quidem, siue in auctoreum
 Cecropem, siue in quem alium referatur, magno gentium
 omnium commodo a ratione inuēta hominibus suadere vna
 eloquentia potuit. In eadem, post multa sæcula oratores simul
 plurimi exorti, cum infamem eloquentiam in scenam etiam
 & theatrum comicorum licentia traduxisset; etiam si hoc ef-
 set temporis, atq; hominum vitium: remp. in maximas cala-
 mitates coniectam eaerterent. Ita perditæ, & profligatae pâ-
 triæ apud illos culpa, & quæ illa sequitur infamia, & dedecus.
 integræ eloquentia a probo, & maledicto mansit. Ne quid
 enim

7

enim illi macula, & labis perditorum hominum nequitia in-
usisse videatur: habet, quae illi opponat, claros homines non
solum eloquentia laude, sed virtute, integritate, innocen-
tia, quorum orationi viae improborum hominum audacia,
atque arma cesserunt. Nam Romæ, quæ una ciuitas nata ad
imperandum gentibus, foris armis partum imperium, ne
domi censuimus paucorum scelere collaboretur, eloquen-
tia sustinuit: in magna disertorum copia, quorum dieendi
facultas rebus publicis obesse, vnum, aut alterum, quorum
salutaris esset, numerare multos potest. Hinc præfatis tem-
poribus, reconciliatam patribus plebem, cum quasi pars
altera diuisa a corpore in sacrum montem secessisset: hinc
vnius oratione direptam turpem, & flagitiosam pacem:
hinc populares habitos, qui populi commoda, &, quæ ma-
gno semper ciuitatis motu flagitarentur, agrarias leges dis-
suaderent: hinc iudicia, forum: vt, cum eadem, hominum
nequitia nocentia sint; virtute salutaria; nemo non videat,
plus illam roboris ad salutem, quam adiumenti ad perniciem
afferre. Quantumvis enim quis ab ingenio sit ad dicendum,
& ab arte paratus; non æque tamen facile idem turpia, atque
honesta suaderet. In altero enim multæ offusæ tenebræ offi-
ciant, vt qui audiant, ea, quæ non videant, non querant, quæ
objæcta speciem utilitatis habeant, ea non ægre sibi suaderi
patientur: in altero ita veritas eluet & suo & orationis lu-
mine, vt improbis quidem, quamquam illis mentis aciem
perstringat, minime illius splendorem ferre assuetis, sensim
se insinuare tamen, atque illabi nefcio quo pacto, affluere que
videatur; iis qui incorruptos animos a cupiditate, atque a
labe flagitijs præstent, cum nullæ tenebræ objæcta illi se
aperienti sint, pateat tota, atque ea, quæ velit sua spon-
te ascensionibus probet. Itaque, qui oratorem fingunt
eum, quem mente comprehendere, quam designare ota-
tionie facilis sit, ab eo postulant, vt assequatur dicendi artifi-
cio (præclarus quidem cum illo agatur, si ab ingenio potius
probitatem, quam ab arte habeat) vt, qui audiant virum bo-
num se, obseruantem officij integritatis summae, fidei suæ, &
religioni coadjuventem audire purent. Vix enim cuiquam ve-
risimile sit, ab eo, quem esse auersum a virtutis studio infelli-

gant, qua laudabilia sint, & honesta suaderi. Quæ cum ita
sint, sapienter in primis iij facere videntur, qui eas causas sibi
defendendas non putant, quas non æque iura & leges, atque
oratoris eloquentia tueatur. Nam Cicero, cuius tibi, Laurenti,
orationes inscribimus, non prius sibi gratiam eloquentia,
quam pudore, atque innocentia auctoritatem eloquentiæ
quæsiuit: vt, cum verba faceret, ybertas orationis, & copia
oblectaret animos; efficeret virtus dicentis, vt cum assensione
etiam audiretur. Quis vero, vt magna illum cum voluptate
semper, sic Catilinam, Clodium, Antonium de republica, aut
in senatu, aut ad populum differentem, cum agendum de con-
cordia ciuium, de libertate, de sacris, de religione esset, audire
sine fastidio, vt etiam dicendi copia antecellerent, potuisse?
Itaque, Laurenti, quod in eloquentiæ studiis pari gloria cum
eo versaris, qui ita te dignus frater est, vt tu illo: quod scriben-
do, quod declamando te ita exeres, vt magnam de te expre-
ssionem apud omnes puer concitaris, eam gloriam videris
admare, quæ tamdiu expetenda est, quamdiu a vera virtute
manat: quod parentis cura summa, singulari tuo studio pie-
tatem, religionem, pudorem, probitatem colis: facile efficis,
vt, quæ tibi doctrinæ subsidia paras, ab iis ne quid tuis ciuibus
incommodi timendum sit: multa fint contra, & maxima spe-
randa, quæ virtus optimis artibus instructa, & munita parit.
Habes tu domi maiorum exempla multa: sed, quod tibi velhe-
mentius gloriæ æmulatione incendat animum, Antonij Ia-
cominij multo illustrius: cuius magnis rebus gerendis confi-
lij vis summa, magnitudo animi, rei militaris scientia, dubiis
reipub. temporibus spectata virtus, & fides, cum ab aliis iam
pridem, tum a nobis hoc tempore magna eius gloria, ac ve-
stræ familie ornamento litteris mandantur. Quæ autem vlla
res est, quæ cuiquam virtutis cutsum possit facilem expedi-
tumque efficere, qua non te cumulate natura, parentum
educatio, & domestica disciplina cumularit? Nam, quæ alij
fortunæ tribuunt, nos in hac religione sanctissima multo re-
ctius æterno dei immortalis consilio, & prouidentiæ accepta
referimus, nobilitatem maiorum, splendorem patriæ, amici-
tias, propinquitates, gratiam, fortunas, alia, ita parta habes, vt,
cum animus adsit, qui ea moderetur, minime sit verendum,
qui,

quæ, quæ alii nequit, instrumenta sint, tibi magno sint ea-
dem usui ad virtutem capessendam futura. Ita, cum tot iam a-
te obsides patria habeat, quot tu ab illa bona animi, fortunæ,
naturæ, cum omnibus in ore sis, omnes in te oculos habeant
coniectos, facis adolescens, ut, cum magna omnium de tua
virtute exspectatio sit; longe videare tamet omnium exspe-
ctationem superaturus. Nam, si quid tibi ex hac mea prædicati-
onem tuarum laudum accessurum putas (equidem minime id
despero fore) ita tibi statuendum est, quæcumque de te fama
ad externos homines afferat, quæ tibi gloriam, & nomen con-
ciliet, ne quando a suscepito cursu laudis te vlla ætatis illece-
bra, voluptas vlla, vlla falsa obiecta rerum species deflectat,
ad cæteras tuas virtutes, quas habes summas, grauitatem,
constantiam, robur, animi magnitudinem, quæ si minus
ætatis, at tui ingenij sunt, esse addendam.

Vale. Datum Lugd. Kal.

Ianuarij,

CIO. IO. LXXVII.

aaa §

INDEX